

**SYNOPSIS NOVORUM, GENERUM,  
SPECIERUM ET VARIETATUM, TESTACEORUM  
VIVENTIUM ANNO 1834 PROMULGATORUM,  
ADJECTIS IIS QUAE IN DIARIIS SOCIETATIS  
ZOOLOGICAE LONDINENSIS AB ANNO 1830  
EDITIS RELATA SUNT**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649174553

*Synopsis novorum, generum, specierum et varietatum, testaceorum viventium anno 1834 promulgatorum, adjectis iis quae in diariis societatis zoologicae Londinensis ab anno 1830 editis relata sunt by Th. Müller*

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.  
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**TH. MÜLLER**

**SYNOPSIS NOVORUM, GENERUM,  
SPECIERUM ET VARIETATUM, TESTACEORUM  
VIVENTIUM ANNO 1834 PROMULGATORUM,  
ADJECTIS IIS QUAE IN DIARIIS SOCIETATIS  
ZOOLOGICAE LONDINENSIS AB ANNO 1830  
EDITIS RELATA SUNT**





17

S y n o p s i s  
n o v o r u m  
generum, specierum et varietatum  
**testaceorum viventium**  
anno 1834 promulgatorum;

adjectis iis quae in diariis societatis zoologicae Londinensis ab  
anno 1830 editis relata sunt.

Supplementi loco ad ill. Wiegmann historiac naturalis  
promptuarium

collegit digessit adornavit

**Th. Müller**, phys. stud.

---

Berolini,  
prostat in libreria Fr. Nicolai.  
1836.

---

# Lectoribus aequis

s. d.

**A. F. A. Wiegmann, Dr.**

---

Tanta novarum specierum multitudo quotannis in Zoologia accedit tamque variis in locis dispersa, ut diligentissimum hujus scientiae cultorem et quamvis maxima librorum suppellectili praeditum, singulae facillime possint effugere, nedum eos, qui ab omni fere librorum apparatu, imprimis ephemericoru*m*, orbati, frustra novorum animalium, quae sine nomine saepius possident, nomina cognoscere student. Quod quum ita sit, haud parvum putabam scientiae commodum allatum iri, si quis quae in singulis regni animalis provinciis nova innotuerint, in unum vellet colligere ac certo disponere ordine. Id quidem in ceteris animalium classibus propter minorem novarum specierum copiam annalibus meis facilius perpetrare potui, in conchyliorum vero atque insectorum classibus immensa propemodum specierum multitudo obstabat, quam si totam recipere voluisse, ne aliis rebus spatium detra-

heret quam maxime inetuendum erat. Hinc quasi appendicis loco specierum syllogen seorsim edere apud animum constitui; idque in conchyliis eo magis necessarium esse intellexi, quum permultas species, recentiori tempore promulgatas, in secunda Lamarckiani operis editione frustra quaesiverim. Itaque amicissimum Th. Müller, strenuum scientiae naturalis cultorem, cuius et doctrinam et singularem hujusmodi rerum accurationem cognoveram, adhortatus sum, ut hanc curam in se susciperet. De consilio atque ratione opusculi jam ipse in prooemio fusius disseruit nec quod insuper addam habeo, nisi ut prosperum faustumque successum huic libello optem.

Nisi novarum specierum exempla sub oculis habeas, de dignitate earum vix certum justumque judicium dari posse, jure monuit auctor. Quo magis igitur eos, qui de singulis rectius cognoverint, admonitos rogatosque volo, ut nobiscum citius observationes suas communicent, quae vel in scientiae naturalis promptuario meo, vel in sequente bujus operis volume propediem apparituro publici juris fiant. Sic enim facillime ac citissime cuilibet occurrit errori, priusquam nocuas radices altius in scientia egerit. Valete atque favete incepto.

Dabam Berolini d. xxv. Junii. MDCCXXXVI.

---

---

## Praefamen auctoris.

---

Jussu et auspiciis illustrissimi praeceptoris, prof. A. F. A. Wiegmann hoc ad ejus annales (*Archiv für Naturgeschichte*. Jahrg. I. (1831.) B. I. Berlin. 1835. 8. Jahresbericht. p. 307.) supplementum elaborandum suscepi.

Itaque heic accipis L. B. species multis locis dispersas jam tui commodi gratia in unum volumen redactas. Ejusmodi conspectum accuratissima fide indigere putavi, et ea destitutum commodi loco facile incommodum ac detrimentum praebere. — Hoc sis libello simul ad stabiliendam nominum prioritatem symbola utaris.

Species in diariis „the proceedings of the zoological society of London“ exhibitas ideo ab initio recepi, quod libelli novarum rerum ditissimi vix in bibliopolio exstant, et quia plurimae quoque specierum in Deshayes-i nova operis Lamarck-iani editione omissae sunt. Illis annum semper adposui, cactera cuncta anni 1834 sunt.

Restant interim pauci libri, quos consulere nondum licuit (v. Opp. citt. p. 243.). eorum nova, quando in proximo volume de anno 1835 referam, supplebo. Id cum ea contenturum sit quae nova in altera Lamarck-iani operis editione accesserunt, hac, qui primam possident, vix egebut.

De dignitate novorum generum specierumque criticum judicium adjici, id desiderata plerumque specimen vatabant. Eadem ratione plures forsitan diagnoses justo longiores evascere: omnino autem constitutorum fuit, spe-

ciebus constitutis adjicere diagnoses easque haud dubias  
i. e. Latinas!

Specierum diagnoses in quacunque et barbara lingua  
scriptas Latinitate donavi. Ubi constitutores meras de-  
scriptiones, nonnunquam obscuras ac confusas, ambigua  
vernacula sua confectas, porrexere, ibi diagnoses exinde  
composui, idque suo loco semper adnotavi. aliud enī  
est, diagnosis ex specimine creare, aliud, ex narrata de-  
scriptione. — Animalis ipsius characteres specificos, ubi  
dati sunt, semper in descriptione collocavi, ne diagnoses  
minus conformes evadant.

Constitutiones generum et specierum nominumve haud  
ad istos annos referendas esse, in quibus specimina re-  
perta sint, aut in quibus auctores laboraverint et nomina  
excogitaverint, aut societatibus paelegerint, vel deinceps  
nomina sua speciminibus adscripserint, sed ad illos annos,  
in quibus publici juris factae sunt, id, puto, patet per se.

Species non prorsus novae, utpote quibus novae  
tantum varietates accessere, vel primum nomina systema-  
tica, vel nomina nova novo generi adaptata, eae numer-  
ris carent. Sic et novis solum generibus numeros Ro-  
manos anteposui, ceteris Arabicos.

Seriem naturalem elegi Menke-anam (C. Th. Menke:  
synops. meth. molluscorum etc. Pyrmonti. 1828. 8. —  
ed. II. ib. 1830. 8.), quippe quae facilime in omnium  
manibus versetur.

Cum plura opera proxime temporis deinceps Beroli-  
num pervenerint, opusculum serius quam optabamus ty-  
pis mandari potuit.

Vale et fave!

Scripsi Berolini m. Majo a. 1836.

**Th. Müller.**

---

## Elenchus generum.

---

Sect. I. Mollusca cephalophora Mke. — p. 1.

Class. II. Pteropoda Mke. — p. 1.

Fam. I. Hyalaeacea Mke. — p. 1.

1. Cleodora Lam. — p. 1.

Class. III. Gasteropoda Mke. — p. 2.

Ord. III. Hypobranchia Mke. — p. 2.

Subord. I. Phyllidina Mke. — p. 2.

Fam. III. Aneylea Mke. — p. 2.

2. Aneulus Geoffr. — p. 2.

Ord. IV. Pomatobranchia Mke. — p. 2.

Fam. III. Acera Mke. — p. 2.

3. Bulla Linn. — p. 2.

Ord. V. Coelopnoea gymnostoma Mke. — p. 3.

Subord. I. Geophila Mke. — p. 3.

Fam. II. Helicea Mke. — p. 3.

Trib. I. Tetracera Mke. — p. 3.

4. Helicophanta Pfeiff. — p. 3.

V. Namina J. E. Gray. — p. 4. — Tanychlamys W. H. Benson (nov. 1834.) — p. 4.

6. Helix Linn. — p. 6.

7. Zonites Montf. — p. 13.

8. Carocolla Lam. — p. 13.

VIII

9. *Bulinus* Scop. — p. 14. — *Bulinus* Stad. — p. 16.
10. *Achatina* Lam. — p. 31.
11. *Ligum* Montf. — p. 32.  
Trib. II. *Dicera* Mke. — p. 32.
12. *Partula* Fér. — p. 32.  
Subord. III. *Limnophila* Mke. — p. 33.  
Fam. IV. *Limnaeacea* Mke. — p. 33.
13. *Planorbis* O. F. Müll. — p. 33.
14. *Physa* Drap. — p. 35.
15. *Limnaeus* Mke. — p. 35. — *Limnea* (Desh.?) — p. 36.  
Ord. VI. *Coclopnœa operculata* Mke. — p. 37.  
Fam. II. *Cyclostomacea* Mke. — p. 37.
16. *Cyclostoma* Lam. — p. 37.  
Ord. VII. *Ctenobranchia* Mke. — p. 39.  
Subord. I. *Pomatostoma* Mke. — p. 39.  
Fam. I. *Turbinea* Mke. p. 39.
17. *Paludina* Lam. — p. 39.
18. *Ancalosa* (Conr.?) — p. 39. — *Anculotus* Say. — p. 40.
19. *Melania* Lam. — p. 42.
20. *Eulima* Riss. — p. 48.
21. *Pasithaea* Lea. — p. 52.
- XXII. Naticina* Lansdown Guilding. (nov. 1834.) — p. 52.
23. *Rotella* Lam. — p. 53.  
Fam. II. *Trochoidæa* Mke. — p. 54.
24. *Neritina* Lam. — p. 54.
25. *Nerita* Linn. — p. 56.
- XXVI. Leptoconchus* E. Rüppell (nov. 1834.) — p. 56.
27. *Trichotropus* Less. (*trichotropis* Sow.) — p. 57.
28. *Turbo* Linn. p. 57.
29. *Tegula* (Less.? nomen nov. 1834?) (*teclus* Montf.) — p. 58.
30. *Scalaria* Lam. — p. 59.  
Fam. III. *Plicata* Lam. — p. 59.
31. *Tornatella* Lam. — p. 59. — *Acteon* Montf. — p. 59.  
Subord. II. *Hemipomatostoma* Mke. — p. 60.  
Fam. V. *Buccinea* Mke. — p. 60.
32. *Buccinum* Adans. — p. 60.